

grell gewesen, und selbst verhöhrend gegen die Mutter, welche des Sohnes Tod wohl gerne hören mochte, ohne aber die Asche desselben beschimpfen oder mißhandeln zu wollen, was derselben durch den Boten in dem angenommenen Fall geschehen wäre. Solche grelle Contraste lassen sich bei Sophokles nicht voraussetzen, sondern passen gut für Shakespeare, wenn er alles Beizende und Negende für die Engländermägden seiner Zeit zusammenquirlet ohne Rücksicht auf edlere menschliche Anschauung. Die eben besprochene Erklärung ward vorgebracht, um durch sie den Dichter von einer Tautologie zu befreien, welche aber in anstößiger Weise gar nicht existirt; denn der Ausdruck: durch Alter und lange Zeit bist du ihnen unkenntlich geworden, da diese dich verändert haben (und dein Bild in ihrem Gedächtniß durch die lange Zeit mehr und mehr erloschen ist), und sie werden in dem so grau gewordenen dich nicht vermuthen, nennt erst das Alter als zur Nichterkennung wirkend, und dann die grauen Haare, an welchen sich das Alter besonders zeigt, und welche wesentlich zur Nichterkennung beitragen müssen. Auch sagt der Ausdruck nicht mehr als, weil dich Alter verändert und grau gemacht hat, werden sie dich nicht erkennen und nicht vermuthen, daß du es seist. Solch einen Ausdruck für tautologisch erklären, heißt über so viele Stellen der alten Dichter den Stab brechen, daß ihre Aufzählung viel Raum erfordern würde.

Konrad Schwend.

4. Euripides.

In Iphigenia Aulidensi v. 23. quod scriptum est contra metricam rationem: καὶ τὸ φιλότιμον, Hermannus in exemplaribus a se editis eiiciendum curavit, interpretis esse dicens „vel τὸ καλόν, quod praecedat, declarare volentis, vel nescientis recte ad explicanda praegressa verba sine copula inferri γλῶσσῳ μὲν“. Quarum rationum posteriorem vix credibile est cadere in hominum genus, quod ad istius modi subtiliores quaestiones animum applicare haud consuevit alias; declaratione autem τὸ καλόν non eget, quippe satis iam de-

claratum verbis praegressis τὸ καλὸν γ' ἐνταῦθα βίου; certe his explicationem suam, si quam opus censebat, ascribere interpres debuit. Sed explicationem sane esse τὸ φιλότιμον ego quoque credo, explicationem scilicet vocabuli ea ipsa re obscurati. Scriptum ab Euripide conicio:

τοῦτο δὲ γ' ἐστὶν τὸ καλὸν σφαλερόν·
καὶ τὸ περισσόν
γλυκὸ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον.

Eiusdem fabulae vss. 68. 69.:

διδούς ἐλέσθαι θυματὶ μνηστήρων ἔνα,
ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι,

recte quidem genitivus ὅτου ab Heathii aliorumque mutandi conatibus defenditur, nam πνοαὶ Ἀφροδίτης significat *anorem a Venere inspiratum*, ut Eurip. Bacch. 1092. Θεοῦ πνοαὶ sunt *furores a deo immissi*; genitivus ὅτου autem designat amoris quod dicunt obiectum, h. e. eum, *in quem* est amor excitatus. Sed ad φέροιεν credo intelligendum esse τὸ ἐλέσθαι: *cuius amor ferret vel afferret optationem*, h. e. *efficeret ut optaretur*.

Eiusd. fab. vv. 353 sqq. Herm. sic vulgo traduntur:

Λαναΐδαι δ' ἀφιέναι
ναῦς διήγγελλον, μάτην δὲ μὴ πονεῖν ἐν Ἀυλίδι.
ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τε, μὴ νεῶν
χιλίων ἄρχων τὸ Πριάμου πεδίον ἐμπλήσας δορός.

Sed ea construendi ratio tam parum habet concinnitatis, ut vel ea de causa in scriptore politae orationis studioso corruptelae suspicio moveatur. Nam quum posteriora ὡς δ' ἄνολβον εἶχες. ὅ. cum prioribus eo contineantur vinculo, ut declarent id quod ex his consecrarium est, quis non sentiat, quam miram atque adeo alienam δέ particula efficiat utriusque partis coniunctionem? Etsi enim δέ usurpari posse in causali sententiarum conformatione non ignoramus, ut patienter ferremus si scriptum esset σὺ δέ, in hoc tamen affectu, quem ὡς particula sententiae tribuit, intolerabilem δέ illud affert tarditatem ponderisque elevationem. Accedit quod omissum δέ

est in libro mscr. optimae notae, Florentino. Credo autem ego inconcinnitatem inde natam esse, quod in priore parte iusta ac plena protasis forma obscuraretur ab aliquo, qui quum verbum ἀφιέναι nude positum invenisset, vel subveniendum constructioni statueret adiecto ναῦς vocabulo, vel hac in margine ascribenda explicatione efficeret certe, ut postea quod proprie positum illo loco erat vocabulum evanesceret. Nam sic illa ab Euripide scripta esse suspicor:

Δαναΐδαι δ' ἀφιέναι

ὡς διήγγελλον, μάτην δὲ μὴ ποιεῖν ἐν Αὐλίδι,

ὡς ἄνολβον εἶχες ὄμμα κ. τ. λ.

„quam autem dimitti se iuberent Danaei — — quam perturbatum tum ostendebas vultum!“ Scilicet ad ἀφιέναι cogitandum esse ἐαυτούς, plane ut primae personae accusativum in eodem verbo Heraclid. 1007. Herc. Fur. 623. Matth., vix est quod moneamus.

Eiusd. fab. vv. 398 sqq. non mutandos esse censeo nisi in eo ut v. 399. cum Musgravio παρά pro πέρα scribatur, post δίκης autem τ' interponatur, ita ut totus locus sic habeatur:

τάμά δ' οὐκ ἀποκτενῶ ἕγω τέκνα καὶ τὸ σὸν μὲν εἶ
παρὰ δίκης τ' ἔσται κακίστης εὐνίδος τιμωρία,
ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις,
ἄνομα δρῶντα κοῦ δίκαια παιδας οὐς ἐγεινάμην.

Negatio enim, quam recte sane etiam in verbis τὸ σὸν μὲν εἶ requirit Hermannus ideoque κοῦ pro καί scripsit in suo exemplari, non deesse putanda est, sed quod in primo partis primae a τάμά ad τιμωρία membro exstat οὐκ, per totam illam partem ita regnat, ut in secundo etiam et tertio membro repetendum cogitatione sit: οὐκ ἀποκτενῶ ἕγω τέκνα καὶ τὸ σὸν μὲν οὐκ εἶ οὐτε παρὰ δίκης ἔσται κ. ε. τ.; plane ut Sophocles voluit negationem semel positam pertinere etiam ad alterum membrum per καί adiunctum in his: οὐ γὰρ ἂν ὦδ' ἄλλοτριῶις | ὄμμασιν εἶρπον | καπὶ σμικροῖς μέγας εἶρπον quae leguntur Oed. Col. v. 146 sqq. Atque minus Euripidia

etiam verba offensionis futura fuisse certo scio, si continuata, quam poeta primo ascivit in verbis κατακτενω̄, activa constructione sequentia protulisset in hanc fere sententiam enunciala: οὐ κατακτενω̄ καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ εἶναι εἴσω. Quod autem παρὰ δίκης τ' ἔσται — τιμωρία ab Euripide profectum existimo, caussas habeo has, primum quod nominativus τιμωρία omnium librorum mscr. consensu est defensus, deinde quod additamentis secundariis nimis cumulata eoque impeditissima est constructio, si scribitur: τὸ σὸν εὖ παρὰ δίκης τιμωρία ἔσται, denique quod ita demum ea efficitur oppositorum et vis et perspicuitas, quam ab Euripide quaesitam esse in promptu est. Nam ut τὸ σὸν εὖ ἔσται (ἔσται enim ad utrumque pertinet, et ad εὖ et ad παρὰ δίκης) respondet verbis ἐμὲ συντήξουσιν νύκτες ἡμέραι τε δακρ., ita τιμωρία εὖν. παρὰ δίκης ἔσται oppositum sibi habet ἄνομα κοῦ δίκαια δρῶν παῖδας οὐς ἔγ. Hanc enim puto esse fere totius loci sententiam: „Non ego meos occidam liberos tuamque rem bene evenire ac coniugis vindicationem ita ut iustitia possit fieri patiar, dum ipse moerore conficiar, si contra ius et fas egero.“

Eiusd. fab. v. 419. Herm. offensionem ab Elmsleio non iniuria animadversam facile removeris, si pro pronomine σῆς articulum τῆς posueris: μήτηρ θ' ὀμαρτεῖ, τῆς Κλυταιμνήστρας δέμας. Nam δέμας quare muletur, nullam video caussam.

Eiusd. fab. vv. 448 — 452. ab interpunctione et a constructione sic emendandos esse credo:

ἢ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον·
καὶ γὰρ δακρῶσαι ῥαδίως αὐτοῖς ἔχει
ἄνομβά τ' εἰπεῖν; οἱ δὲ γενναῖοι φύσιν
ἅπαντα ταῦτα προστάτην γε τοῦ βίου
τὸν ὄγκον ἔχομεν τῷ τ' ὄγλῳ δουλεύομεν.

Scripsi igitur οἱ γενναῖοι pro τῷ γενναίῳ et uno tenore sententiam usque ad extremum verbum δουλεύομεν continuavi, quum vulgo tradatur: τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν | ἅπαντα ταῦτα· προστάτην γε κ. τ. λ. In quibus non solum, id quod Her-

mannus cum Musgravio viderunt, ineptum est ἅπαντα, sed in quo maiorem puto niti vim, quae requiritur praedicatorum oppositio, in δακρῦσαι et προστάτην τὸν ὄγκον ἔχειν nulla est. Ea tum demum adest, si Agamemno dicit, ut nunc dicit, quum ignobilibus liceat flere et eloqui infortunium suum (δακρῦσαι ἄνολβὰ τ' εἰπεῖν) nobilibus iccircoque sibi ipsi hoc non licere propter conditionis suae rationem, sed eos in ea re vel ut Euripides dicit, in his omnibus (ἅπαντα ταῦτα h. e. τὸ δακρῦσαι ἄνολβὰ τ' εἰπεῖν), vitae moderatricem habere dignitatem suam (ὄγκον pr. dignitatis splendorem) et commodorum multitudinis, cui praesint, observationem. Vides igitur quam ad suam ipsius conditionem accommodate haec dicat Agamemno, quippe qui in summi imperii dignitate habeat impedimentum obtemperandi animi sui affectibus. Itaque ἐγὼ γάρ, pergit, ἐκβαλεῖν μὲν αἰδοῦμαι δάκρυ, | τὸ μὴ δακρῦσαι δ' ἀνῆρις αἰδοῦμαι τάλας, quae quantum ponderis ad confirmandam illam et emendationem et explicationem habeant, neminem praeteritum existimo. Ceterum quam significationem habeat τῷ ὄχλῳ δουλεύειν, ex iis, quae v. 515. 516. inter Menelaum et Agamemnonem disputantur, intelligitur.

In eadem fabula quum adventantes videt chorus Clytaemnestram et Iphigeniam, propter splendorem, quo regias mulieres conspicit ornatas, admiratione affectus, felicitatem illam ac generis nobilitatem, egregiamque ad quam (ut ipsae certe opinantur) venerint fortunae spem v. 593 sqq. praedicat. Sed quum ex iis, quae antea in scena acta sunt, maxime ex postremis Agamemnonis verbis (vv. 530—544.) cognitum iam habeat, quanto in discrimine versetur felix illa conditio, necesse esse videtur, ut eius discriminis etiam aliquam faciat significationem. Secus enim si esset, choricum hoc carmen non solum a scenica actione alienum sed eidem repugnans esset. Eiusmodi autem significatio cum sane inchoata videri possit verbis deinceps sequentibus: Θεοί γ' οἱ κρείσσοις, tum tamen quo pertineant, quae cum his coniuncta sunt: οἳ τ' ὀλοφύροισι τοῖς οἴκῳ ἐνδαίμοσι θνατῶν, non intelligitur. Nam in

illas, quarum aspectu nunc ad declarandos animi sui sensus chorus impulsus est, in Clytaemnestram et Iphigeniam haec tam parum cadunt, ut contrariam expectaveris sententiam: *Θεοὶ δυστήνων αἵτιοι καὶ τοῖς εὐδαιμοσι θν.* Hac autem imminentium malorum tam aperta significatione uti chorus sine dubio noluit, quod ei ab Agamemnone v. 544. (*σιγήν, ᾧ ξέναι, φυλάσσετε*) taciturnitas commendata erat. Quare generaliore quadem sententia usus esse videtur, qua lenissime quidem tangeret id, quod in speciosa illa mulierum regiarum fortuna timendum tamen relinqueretur. Id Hermannus sua sane coniectura assecutus erat, nisi lacunam iusto cupidius, ut opinor, statuisset. Cuius quum nullum in librorum scriptura cernatur suspicandae indicium, tum ne propter sententiarum quidem seriem est necessitas, dummodo levi adhibita vulgatorum verborum mutatione scripseris:

*Θεοὶ δ' οἱ κρείσσοσιν οἷ τ' ἀλβοφόροι
τοῖς οὐκ εὐδαιμοσι θνατῶν.*

Iam universa dictorum ratio et cohaerentia haec est: „Summa quidem et magnifice praedicanda nunc utuntur regiae mulieres fortuna, sed dii sunt, qui et nobilibus et iis, qui inter mortales opibus minus florent, sortem felicem afferunt.“ Hinc sequitur, id quod iam tacite colligendum ex postremo dictis chorus relinquit, nondum esse expletam consummatamque illarum felicitatem, maxime quod pertineat ad *τὰς εὐμήκεις τύχας*, ad quas percipiendas venisse sibi videntur, sed haec pendere etiam nunc ex deorum voluntate. — δ' pro γ' scribi oportere putabam propter gravem sententiarum inter se oppositionem.

Scr. Herfordiae MDCCCXXXI.

F. G. Schoene.

In den Heracliden 487 f. wird gelesen

*ἡμῶν δὲ δόξας εὖ προχωρῆσαι δόμος
πάλιν μεθέστηκ' ἀνθις εἰς τὰ μῆχανον.*

Hierzu bemerkt Elmstedt *εὖ προχωρῆσαι*. id est ni fallor, *εὐτυχῆσαι*. sic *εὖ βεβηκόσιν* pro *εὐτυχοῦσι* Soph. El. 979. *ἄσσειν*